BILIBALDVS PIRCKHEYMER
ſorori ſuæ Clarę apud diuam Claram
Norembergæ Moniali S. D.

CVm Reuerendus, & nunquã ſine hono-
ris præfatione mihi nominandus Domi-
nus Iacobus Banniſius, Cæſariæ maieſtati
conſilijs & ſecretis, Decanus Tridentinus
gniſſimus, codicem peruetuſtũ, qui è miſera
da Grecia elapſus, captiuitatis iugum euaſer
per communem amicum Ioannẽ Stabiũ, In
perialem Hiſtoriographũ, & Mathematicũ
ſignẽ, ad me miſiſſet, egoq; leui trãſcurſu il
delibaſſem, ſorte quadã in beatiſſimi patris N
li epiſcopi et martyris Chriſti, ſentẽtioſa incid
dicta. Quæ cũ non minùs bona fruge referta,
tanto authore digna uiſa fuiſſent, ea in latinum
uertẽdi cupîdo ſubijt. Cõmodũ etenim reden
ptoris noſtri ſalutifera inſtabãt natalia, mihiq
aliquantiſper à ciuilibus curis interiũxiſſe uide
bar. Ideo quatriduanũ illud tempus, q̊d diuini
ſuperabundaturum erat obſequijs, huic tã p
operi impendendũ eſſe cenſui: nec uoco eue
tus defuit. negociũ enim aggreſſus, intrà p
ſcriptũ tempus, non tã elegantiæ, quã ueri
ſtudens, abſolui. Ne igitur mea ſuauiſſima C
ra, ſem

ra, ſemper matri Abbatiſſę, & communi ſorori
noſtræ charitati optimæ (probato illi Heſiodi
æmulationis genere) inuideres, hęc tibi deſtina
reuolui xenia, non qualia cæca gentilitas, Sa-
turnalibus mittere conſueuit diebus, ſed quæ
Chriſtianę pietati ob uerbum incarnatum ad-
modùm conuenirent. Accipe igitur adama-
ta ſoror, munus exiſtimatione mea haud con-
temnendum, non ſecùs ex uera & Theolo-
gica philoſophia, quàm aurum, thus, myr-
rha ex ſacris magorum theſauris olim de-
promptum: quumq; ſis uirginalis chori in-
ſtitutrix, tam præſentaneum contra uicia re-
medium, téneris adhuc mentibus inſtilla. Id
ſi feceris, ſenties profectò, tam generoſum ſe-
men fructum debitum ſuo tempore produ-
cturum. Vale iucunda mea Clara: ita-
que filias inſtrue noſtras, ut charita-
tem, ſi minùs nomine, attamen
re ipſa quãdoq; adipiſcan
tur. Ex ędibus noſtris
quarto Calend.
Ianuarij.

4 sol:

BEATISSIMI PATRIS NILI EPISCOPI ET MARTYRIS ANTIQUISSIMI

sententiæ morales, è Græco in Latinum uersæ, Bilibaldo Pircheymero Norembergensi interprete.

Additæ sunt sententiæ aliquot ex sermonibus Ioannis Damasceni.

Dictata item quædam utilißima, ex Prouerbijs sacris, & Ecclesiastico, ad studiosorum utilitatem ab Hermanno Buschio collecta.

Coloniæ Ioannes Gymnicus excudebat.
Anno M.D.XLII.

BILIBALDVS PIRCKHEYMER ſorori ſuæ Clarę apud diuam Claram Norembergæ Moniali S. D.

CVm Reuerendus, & nunquã ſine hono-
ris præfatione mihi nominandus Domi-
nus Iacobus Banniſius, Cæſariæ maieſtati
conſiliĳs & ſecretis, Decanus Tridentinus d
gniſſimus,codicem peruetuſtũ,qui è miſera
da Grecia elapſus,captiuitatis iugum euaſer
per communem amicum Ioannẽ Stabiũ, Im
perialem Hiſtoriographũ, & Mathematicũ i
ſignẽ,ad me miſiſſet, egoq́ʒ leui trãſcurſu ill
delibaſſem,ſorte quadã in beatiſſimi patris Ni
li epiſcopi et martyris Chriſti,ſentẽtioſa incidi
dicta. Quæ cũ non minùs bona fruge referta,q̃
tanto authore digna uiſa fuiſſent,ea in latinum
uertẽdi cupìdo ſubĳt. Cõmodũ etenim redem-
ptoris noſtri ſalutifera inſtabãt natalia, mihiq́ʒ
aliquantiſper à ciuilibus curis interiũxiſſe uide
bar. Ideo quatriduanũ illud tempus,q̊d diuini
ſuperabundaturum erat obſequĳs,huic tã pio
operi impendendũ eſſe cenſui:nec uoto euen-
tus defuit. negociũ enim aggreſſus, intrà præ
ſcriptũ tempus, non tã elegantiæ, quã ueritati
ſtudens,abſolui. Ne igitur mea ſuauiſſima Cla

ra,ſem

ra,ſemper matri Abbatiſſę,&communi ſorori noſtræ charitati optimæ (probato illi Heſiodi æmulationis genere)inuideres,hęc tibi deſtinare uolui xenia ,non qualia cæca gentilitas ,Saturnalibus mittere conſueuit diebus, ſed quæ Chriſtianę pietati ob uerbum incarnatum admodùm conuenirent. Accipe igitur adamata ſoror,munus exiſtimatione mea haud contemnendum, non ſecùs ex uera & Théologica philoſophia, quàm aurum, thus, myrrha ex ſacris magorum theſauris olim depromptum : quumq́; ſis uirginalis chori inſtitutrix, tam præſentaneum contra uicia remedium, téneris adhuc mentibus inſtilla. Id ſi feceris, ſenties profectò, tam generoſum ſemen fructum debitum ſuo tempore producturum. Vale iùcunda mea Clara:itaque filias inſtrue noſtras, ut charitatem,ſi minùs nomine,attamen re ipſa quãdoq; adipiſcantur.Ex ędibus noſtris quarto Calend. Ianuarij.

SENTENTIAE BEATIS-
SIMI PATRIS NILI EPIS-
copi & Martyris.

TImorem patienter & deſid-
rium erga Deum habere n-
ceſſe eſt: erga homines uerò c
ctos puro conſcientiæ teſt-
monio uti decet.

Deum ipſum in ſingulis, quæ agis, ſemper p
ſentem eſſe exiſtima.

Laudem fuge; at uituperij te pudeat.

Cū uirtuosè quid agis, gaude. Ideo tamē te
tollere noli, ne in portu naufragiū accid

Quantò magis in lege proficies, tantò plus a
perfectionem tibi deeſſe intelliges.

Vniuſcuiuſq; rei, ante principiū, finē exqui

Die ac nocte ultima tibi coram oculis uerſe
hora, & nullum uitæ deſiderium ad terren
te detrahet.

Cum eo homine, à quo bonos abhorrere c
nis, nullum tibi ſit commercium.

Nemini, ſiue dictis, aut factis, uel ſtudijs

n

catum reddunt.

Sanctis necessaria cōmunicato: per illos enim nobis cum Deo fit conciliatio.

In ecclesia non secùs ac cœlo uersare: ideo in ea nil loquere uel cogita terrenum.

Vt consenti simus, necessarium existima: sic enim Deo nostri curam iniungimus.

Carnem tuā sanctis afflige laboribus: uerunta mē penitus eā domari posse haud existies.

Vino utere moderatè: quemadmodū enim in gurgitatum, haud mediocriter offendit: ita temperatè haustum, bibentem corroborat.

Iram compesce: nam cùm modum excesserit, insanię flamma existit.

In ualetudine aduersa, oratione primò, indè uerò medicis ac pharmacis utere.

Sacerdotes omnes honora: cum bonis uerò tantùm conuersare.

Dei donum uenerare: at domū Dei construere, ex teipso adnitere.

Ecclesiā frequētato. à motibus enim ac perturbationibus exterioribus nos liberare solet.

Quum omnia terrena ſint fluxa, ne te perturbent euanida.

Quotieſcunq; te uoluptatis inuadit affectus, turpitudinem humanam, offenſamq; oppo ne diuinam.

Præcipuè auditũ ac uiſum munire memento potiſſimũ enim illàc malitiæ tela penetrãt.

Cùm oras, ad Deum mentem extolle: quòd ſi indè exorbitet, iterum colligere ſtude.

Senſus haud unquàm deſinũt cogitationes generare: at tu prauas expellere, bonas uerò fouere aſſueſce.

Humilitate gaude: nam ex ipſa decidere haud poteris altè.

Labori ita eſt incumbendum, ut motus carnales comprimi ualeant: at cùm ægritudo incubuerit, corpus reſtaurandum erit, ut ſanitatem adipiſcatur, non eneruetur delicijs.

Cogitationes prauas alijs cogitationibus, uerùm bonis, depelle.

Decorem cœleſtium deſidera bonorum, & rerum terrenarum deſiderio nõ capieris, ne

aliquid

aliquid earum tibi iucundum erit.

Cùm Deũ humiles exaltare, potentes uerò deprimere cernis, nõ tantũ Deo, quantũ hominibus id acceptũ refer, quibus haud tutum est mediocritatem supergrediendo attolli.

Cogitationes prauas, diaboli semen existima: sic enim illę desinent, scelerumq; sator confusus recedet.

A risu immoderato abstine: nã animam eneruat, lêgis quoq; frenum laxare conatur, ni tempestiuè remedium adhibeatur.

In opera & orationes animam diuidere oportet: ita enim haud multos in nobis introitus diabolus inueniet.

Opus esse non mediocrè lêgis meditationem, existima: nam cũ lingua menti concurrit, haud uulgaris in libris labor peragitur.

Cùm operi manũ adhibes, lingua cantet, mẽs uerò oret: Deus enim à nobis, ut sui memores simus, exigit.

Omne opus oratione signato: potissimũ uerò illud, cui cogitationes esse uides circũfluas.

Si manuum tuarum opera diuina fieri cupis, partem ex ijs, indigentibus diſtribue.

Sanctorum gaude colloquio: per ipſos enim Deus tibi manifeſtatur.

Verè ſanctos ab operibus dignoſce: à fructu enim omnis diſcernitur arbor.

Semper aliquid lucri ex ſanctorū ſpeculatione conſequi adnitere, formā quoq; & aſpectū eorū obſerua: ambo etenim prodeſſe ſolēt.

Innocentiam in corde, caſtitatē uerò in corpore, exerce: utraq; enim Dei templū ędificat.

Ita tui corporis templum cuſtodi, tanquàm ipſum cōſtruxeris, de illoq; dijudicaturus, imaginisq; ipſius momentis ſingulis rationem redditurus ſis.

Secularium conuerſationes, mentem ac cogitationes à Deo ſeparāt: ideo ſeculares ne crebrò alloquere: alloquentes uerò declina.

Conuicio ſi afficieris, conſidera, num rem aliquā conuicio dignam perpetraueris: quòd ſi inſontem te eſſe cognoueris, conuicium ſummum exiſtima.

Cùm

tur: cur igitur cœlestia propter labores declinamus?

Cum uirtutis labor te affligit, cogita quòd labor sit temporaneus, merces uerò æterna.

Qui uoluptatibus obscœnis detinentur, quàm breui illis frui concedatur, quã diu uerò pœnas ac supplicia ob eas expensuri sint, cogitent.

Quantum uita sordidior, tantum anima est bestialior: meritò itaq; rationale, tanquàm seipsum puniens, deplorandum.

Cuncta corruptioni subiacere existima: uirtutem uerò solam corruptionis expertem.

Quæ hominem ratione priuare solent, cuncta fuge: ea uerò, quæ cœlesti semine te defluxisse ostendere ualent, perage.

Si uentri imperabis, impera & linguæ: ne seruituti huius subiaceas, illius uerò libertate inutili exultes.

Deum ama, nec illi domesticos præfer: ne & tu ipsius, iuxta uocem eius, indignus, cùm non uolueris, inueniaris.

Fortiter tribulationes perfer: ijs enim, qui in illis

illis decertant, coronæ plicantur.

Beatus qui malum patitur, infœlix uerò qui facit: nam patiens, Christi hæres, at faciens, diaboli cohæres esse depræhenditur.

Bonus ieiunij panis est: quandoquidem à uoluptatum fermento liberat.

Orationis uis sancta: ad nos enim sanctum sanctorum pertrahit.

Ne tibi iusticia absq; uirtute cōsistere uideatur. nam sine ipsa omne opus immundum est.

Si pauperibus sēueris, quæ tua sunt semina: nā aliena iucunda erunt, & zizanijs sunt amariora.

Cæcus est misericors, nisi sit & iustus: agrum enim colit, quem metere nequit.

Mortē semper expécta, nō tamen timeas: utrūque etenim ueræ philosophię est character.

Virtutem planta, non ut homines decipias, sed ut uidentibus utilitatem afferas.

Honestè, etiam non honesta agentē, loqui decet, ut opera bona incipere discat, cùm uerborum turpium eum pudeat.

Si cœlum

i cœlum desideras, nil tibi cum terra: haud enim illa ad illud tendere permittit.

uelis ditari, ut pauperibus indè benefacias: Deus enim iustũ, ex ijs quæ possidet, misericordiæ exercere opera sanciuit.

Si potus aquæ frigidæ iustificat misericordem, quam retributionem pauperibus denegantem manere existimas?

Matres uirtutum castitas & compassio: quo pacto igitur sine una uel alia Christo militare poteris?

Ne compassionem neglige: illa enim ex cœlo nobis salutem nostram detraxit.

Noli contẽnere castitatem: nã illius organum creatorẽ carnẽ factum hominibus exhibuit.

Ne dicas, Ex inimicis ultionẽ sumam: iustum enim iudicem in cœlis habebimus.

Neq; diuitias, neq; delicias siue gloriam appete. hæ enim corruptiones sunt uitæ, nos uerò corruptibiles haud sumus.

Mortuum ne luge: communis etenim est uia, & beatus qui præcessit.

Peccans

Peccantem luge, non pauperem: coronabitur enim iste, ille uerò plectetur.

Vitæ cursum inordinatè rotantē deride: at sorte, ad quā dormientes in illa deuoluit, caue.

Deo loquere multa, hominibus uerò pauca, at legis meditatione utraque rectè dispones.

Balneum animę bonum, oratio est lachrymosa: at cum oratione memor sis, cuius rei gratia lachrymas effundis.

Seculi principes ne beatos existima: potentes enim, quum potenter præsint, ipsi quoq; iudicem austeriorem habebunt.

Filij Adam quum simus, ut laboremus est necesse: nam si hic laborabimus, in futuro seculo retributionem lucrabimur.

Quū Eua prognati simus, necesse est ut affligamur: uerū si iucūdè tribulatioēs sustinemus, in benedictionē nobis maledictio uertetur.

In rebus gerendis conscientia pro lucerna utere: hęc enim, quid'nam in uita bonum, pariter & quid sit malum, ostendit.

Nos ipsos dijudicemus, & iudex placabitur: ut

bonus

bonus enim gaudet,cùm peccatorem onus ſuum diſcernentem uidet.

Si ſordidum quid à nobis commiſſum eſt,pœnitentia abluatur: imaginis enim noſtræ puritatem imitari tenemur.

Priuſquàm animę denudentur hulcera,lachrymis ſunt curanda, ut pharmaco iſto pœna ualeat euitari.

Quemadmodùm uinculis aſtricti grauiter incedũt:ita negocijs implicati ſecularibus,uirtutis curſum purè perficere haud ualent.

Oportet peccatum odio haberi:ita enim ipſius laqueus,priuſquàm perdat,euitatur.

Qui peccatum non odit,inter peccatores, & ſi peccatum non committit,iudicabitur.

Ob proximi peccatum,tanq̃ tuũ ſuſpira: quandoquidem omnes peccatis ſumus obnoxij.

Cùm proximum affligi cernis, iudicis reminiſcaris,&tuum uulnus curabis:conſilij etenim pharmacum commune eſt.

Cùm quid dicere ſeu facere intẽdis,priùs excuſationem,quam paulò pòſt prætẽdere conaberis

beris, perpende, timoreq; delictum corriges, & modestiùs in cunctis ages.

Timor pariter ac pudor à peccato te absterreat, quamuìs facile sit his utrisq; rectè uti.

Quoties tristicia affligeris, considera, quãta bona sanctis pręparata sint, indeq; fructus, gaudium scilicet spirituale, tibi nascetur.

Fidelem erga omnes humiliari decet: corã quibusdã eñ solũ humilitatẽ prę se ferre, potiùs ficta, quàm uera humilitas esse redarguitur.

Nil te à proximi amore deterreat, pręterquàm si Dei amor lædatur.

Nemini contra Dei lêgem auxilium seu præsidium feras: absurdum enim est, quempiam hoc digniorem censere.

Malis patrocinium ne præstes. quòd si secùs feceris, non solùm scelerum adiutor eris, sed & peccati communione inquinaberis.

Peccantẽ admonere, priusq̃ accusare, uelis: cõtumelia eñ posterior, cõpassio uerò prior.

Sanctos semper audire uel alloqui stude: ad bonum enim zelum animam excitant.

Mentem

Mentem propriam unusquisq;, ecclesiæ loco, domi habeat, ibiq; ueræ ecclesiæ sacrificia peragat.

Si in ecclesia congregatio peragitur, tu quoque interesse uelis: quòd si nō peragitur, tu continens apostolicum euangelium uersare.

Veram uirtutis gloriam eam, quā sancti possident, arbitreris: etenim immortalis quū sit, post uitæ præsentis occasum permanet.

Tum maximè odio maliciam habetis, cùm illam fulgurantem dæmoniorum super uos gladium esse considerabitis.

Si errantem redarguis, compassionis, benignaq; commisce uerba, & aures emollientur, cor uerò illuminabitur.

Cum sanctis loquens, quę spiritus sunt loquere: quibus tamen uita tua manifestè conueniat: sic enim uirtutes cælātem exhilarabis.

Quemadmodùm neq; uirtutes, ita neq; uicia abscondita remanere ualent.

Semper opera bona planè perficere studeamus, ne quandoq; emigrātes, ea imperfecta

relinquere cogamur.

Ita curras, ut uincas, hoc eſt, indeſinenter: per uirtutis enim ſemitam currere oportet, donec uitæ ſtadium exſuperemus.

In uirtutis quæſtu negligens ne fias, ne inanis labor labori accumuletur.

Patientiam ad neceſſitatem ęxerce, ut in ea neceſſitatis tempore omnem armaturam pręparatam inuenias.

Inordinatis reſiſte cogitationibus, ac illis per ea, quæ in lêge continentur, reſponde.

Diligentia multa, à rebus terrenis oculos contine: ex illis enim fumus oritur, qui animam fuliginę denigrare ſolet.

Si conſuetudine aliqua praua detineris, eam paulatim reſcinde, & ſine labore ab anima ſpinas exſtirpabis.

Purè Deum, quum purus ſit, dilige, mundiq; negocia, ſecundaria arbitrare.

Nil philoſophia glorioſius puta: nã quum mater lêgis ſit, regni quoq; Dei conſors exiſtit.

Si Dei templum eſſe deſideras, ſacrificium orationis

tionis aſſiduè offer.

Prauè uiuẽtem ne conſule: qui enim malis gau det, bona conſulere non ualet.

Ab omni corruptione abſtine, myſticęq́ꝫ cœnæ quotidiè particeps fias: ita enim Chriſti corpus in noſtrum mutatur.

Cùm à Deo corriperis, ne murmura: nam ut pater caſtigat: ideo, tanquàm benefaciens, gratiarum actione dignus exiſtit.

Si contumelia afficeris, gaude: nam ſi iniuſtè, copioſa erit retributio tua: ſin iuſtè, & reſpueris, flagellorum pœnam euitabis.

Quæ triſtia & hilaria in uita accidũt humana, umbræ fumo & rotæ ęquipara: tanquàm enim umbra haud permanent, & ueluti fumus euaneſcunt, inſtarq́ꝫ rotæ uertuntur.

Si omne peccatum ſuperare cupis, rebus alienis operam ne impende.

Homo quũ ſis, ſuperbiam fuge: & ſi ditiſſimus exiſtas, nunq̃ tamen Deũ oppoſitũ habebis.

Cùm in Dei exiſtis domo, ne eleueris: nam & qui regibus coram aſtant, neq́ꝫ ſuperbiunt,

uel se iactant.

Vitam propriam ne despice, nec præter legem quid inconsultè perage, ut non præter legem quoq; perniciem incurras.

Alieno infortunio ne arrideas, ne & tu, cùm haud uelis, ab alijs irridearis.

Semper in operibus bonis ulteriùs procedere cura: nam si minutum minuto accumulaueris quotidiè, breuî diuitias ab omnibus expetendas congregabis.

Ad uirtutem uia bona & compēdiaria, uitæ secularis est fuga.

Admonitiones istas obserua, ut coronam tibi nectas non perituram.

Qui incorruptibiliū tenetur desiderio, nullius momenti corruptibilia censere debet.

Si uitam expetis sempiternā, humanam mortem semper expecta.

Odio præsentem uitam prosequere: quàm inordinatè enim ipsius uersetur rota cernis.

Ea bona, quorum usus labitur, possessioq; corrumpitur, ne appete.

Fortu-

Fortunatè agentes ride, infortunatis uerò condole: illud enim philoſophiæ eſt documentum, hoc uerò miſericordiæ indicium.

Cunctis rebus anima pręferatur, uirtutiſq; curſus indefatigatè conſumatur.

Omnia terrena ſunt corruptibilia, anima uerò eſt immortalis. quapropter immortalia corruptibilibus anteferre decet.

Fortiter perfer aduerſa, & cõſequêris æterna.

A Deo ne pete accepta, ſed tantùm utilia; illa etenim ſi petes, haud concedentur; ubi uerò conſequeris, officient.

Paupertatem incuſare noli; immobilem enim lêgis athletam conſtituit.

Diuitijs ne exultes; illarum etenim curæ ut plurimùm hominem à Deo ſeparant.

Supplicium ſi cupis euitare ęrumnoſum, nulli unquàm cõuicieris; in talibus enim numen iritatur.

Si à te cunctam aduerſitatem repellere intendis, proximum tuum maledictis haud inceſſe, ne ille quoq; contra te incitetur.

Humilitatem, etſi magnus exiſtas, dilige, ut in die iudicij exaltari queas.

Nemini detrahere uelis, & in uniuerſa uita tua nullum inimicum habebis.

Puram amplectere uitã, ut cum ſecuritate peccantibus obuiàm ire poſſis.

Ne temerè quempiam increpa, ne ab hominibus arrogantiæ inculperis.

Propè eſt finis, ô piger, accingere ad iudiciũ.

Quum uernũ tempus ſit breue, animæ agrum ſpinis purgare non differâmus.

Quamuìs nil iudicem lateat: tamẽ quotidiè, tanquàm latêre poſſimus, peccamus.

Etſi homines opera tua haud cernant, angelorum tamen uerecundia ducaris: multi etenim nobiſcum uerſantur, & à cunctis prauis ſe auertunt operibus.

Qualem libram iudicis ſubiturus ſis, aſſiduè mediteris, & quicquid in uita tua adulterinum erit, emendabitur.

Ocium, & intermiſſionem, damnoſam arbitrare. igitur ſemper aliquid perage, cuius rationem

tionem poſſis reddere.

Bonorum futurorum multitudo, pulchritudo, & magnitudo eſt inexperta: at præſentia, umbra, fumus, bulla.

Maligna ne ſemina: uer etenim propinquum quum ſit, ſpinarũ agricolam excipiet ignis.

Tanquàm roſæ in uita hypocritæ, auari, & uoluptuarij: uerùm parumper ſuſtine, & gramen uidebis conculcatum.

Omne opus malum, contra nos diabolum armat: armatus uerò grauiter contra armantes reſurgit.

Vis inimicum exarmare, peccatum abſcinde.

Hęc obſerues pręcepta, ut te hominibus clarũ reddant, acceptũ uerò Deo: illis em̃ numen gaudet, talibusq́ꝫ uirtutis colitur operibus.

Væ impio: quia cùm illuminabuntur omnia, tum ipſe ſolus obſcurabitur.

Væ blaſphemo: nam lingua eius ligabitur, & quo pacto iudici loqui poterit?

Væ iniuſto: ad iudicem enim auſterum, & iuſtum legislatorem perget.

Væ auaro: quia diuitiæ ipſum fugient, & ignis ſuſcipiet.

Væ ſocordi: quæret enim tempus quod malè conſumpſit, & quærens non inueniet.

Væ ſuperbo: nam cùm ſepulchrum ingredietur, quis nam ſit, intelliget.

Væ ſcortatori: quoniam ſtola eius nuptialis ſordebit, ex regijs nuptijs turpiter eijcietur.

Væ conuiciatori, & cũ ipſo, ebrio: cũ mœchis enim cõſtituẽtur, & cũ homicidis puniẽtur.

Væ delicatis: nam tempore exiguo, tanquàm uitulus in glandibus, ſaginantur.

Væ hypocritæ: quia paſtor ſuum eſſe negabit, & iudex eum lupum eſſe demonſtrabit.

Beatus qui per anguſtam incedit ſemitam: coronatus etenim cœlorũ regnũ ingredietur.

Beatus qui uoluptates calcat: nam coram illo dæmones trement.

Beatus puro corde, & anima ſimplici: iudicare em̃ dignus eſt mundũ, & nõ ipſum mũdus.

Beatus uita ſublimis, humilis uerò prudentia: Chriſtum enim imitatur, cui & aſſidebit.

Beatus à cuius lingua lex nõ recedit: ab huius enim tabernaculo Deus non ſeparabitur.

Beatus qui multis benefacit: iudicandus enim multos inueniet aduocatos.

Beatus qui uirtutem non corrumpit: in iudicis enim uentilabrum haud incidet.

Beatus qui uirtutes exornat proprias, antequã accendatur ignis.

Beatus qui ad uitam ſempiternam feſtinat: prę ſentia enim corruptiones eſſe, ad mortemq́; trahentia, intelligit.

Beatus qui mala abigit, priuſquàm cum puro conglutinatur.

Beatus q̃ audit, & cuſtodit admonitiones iſtas. Beatum enim eſt timere dominum, & ſolicitè cogitare diem illam, cùm occulta cũcta manifeſtabuntur: & quid facient negligentes cùm nullam ampliùs utilitatem pœnitentia afferet.

Hortor igitur omnes, ut his dictis mentem adhibeant, grauiterq́; perpẽdant, qua'nam lance, ſua facta paulò pòſt expendi debeant.

EX

EX SANCTISSIMI PATRIS IOANNIS DAMASCENI SERMONIBUS.

Octo sunt passiones, quibus admodùm (præcipuè spirituales) impugnantur homines, gula uidelicet, turpis concupiscentia, auaricia, ira, aduersitas, accidia, uana gloria, & superbia.

Hæc itaq; uicia discerni, & summa diligentia cognosci debent, ut cùm aliquo illorum tentatur homo, semper arma, quibus se munire possit, præparata habeat.

Si gula impugnaris, uentrem coërce: numero & mensura cibus & potus sumatur: animæ separatio à corpore, iudicium uenturum, & horrenda gehennæ flamma, pariter & regni cœlestis desiderium, assiduè coram oculis obuersentur, sicq; uentris opprimetur uoluptas.

Si turpis & carnalis te malè uexat concupiscentia, illam uigilijs, labore, orationibus & inedia expelle; proderit & mortis meditatio, mortiferiq; gau-

riq́ꝫ gaudiȷ supplicium, ac sexus alterius declinatio.
Auaricia uincitur liberalitate, & rei pecuniarię contemptu, pariter & cogitatione illa, quòd ob auariciam dominum & magistrum Iudas tradidit, & quòd omnis auarus à scriptura diuina idololatra uocatur, quòd́qꝫ pecuniȷs ad breue tempus frui datur, morśqꝫ amara uitam acerbam auari sequatur: quapropter, si nihil ultra, quàm sufficiat, quæratur, passio hæc euitatur.
Si aduersitate aliqua perturbaris, ora, & spem cunctam ad Deum dirige: uitam & passionem Christi, nostrǽqꝫ imbecillitatem naturæ contemplare, præsentia cũcta & uana despice: gratiam cœlestem, & iustorum fruitionem uenturam perpende: id si feceris, nulla iniuria seu contumelia contristaberis: sed solùm Dei offensio te perturbabit.
Si te ira exstimulat, mansuetudinem indue, & ad psalmorũ decãtationem perfuge, malum in bono uince, maiori cede, ęqualẽ perfer, minori parce, prudẽteḿqꝫ concordiam cum omnibus exerce

exerce hominibus, memor quàm mansuetè agnus innocens ad mortem ductus sit.

Si accidia infestaris, te ipsum laborando, meditando, orando & legendo excita: spes firma te instiget, ut considerare possis, quantum inter frigidam pigriciam, & calidũ intersit feruorẽ: quorum unũ à futura separat gloria, alterum regni cœlestis te hæredem creat.

Quòd si uana tẽtaris gloria, te ipsum scrutare, nilq; ad laudẽ seu demonstrationem perage humanã: sed omnis operatio tua in occulto fiat, nemine, preterq̃ Deo solo, uidẽte: ad quem uniuersa referãtur opera. Hominũ laudes, honores, prælationes, & similia contemne: & magis amplectere, si te accusant, & cõtumelia afficiant mentiẽtes & odio habentes peccatores.

Si à Dęmoniaca & pessima superbię oppugnaris passione, neminẽ iudica, sed solum teipsum circũspice, & cognosce: humilẽ te coram Deo ostende, & inferiorẽ omnibus te existima hominibus: audaciam & animi tumorẽ reijce, ieiunijs, orationibus, uigilijs insiste: & cùm te quid

quid rectè facere contigerit, non potentiæ tuæ illud adſcribe, ſed diuinæ pietati id totum acceptum refer: ſimplex & recta ſit tua conuerſatio, nec aliud in corde, aliud in ore habe: doloſum etenim eſt: próin omnis animi elatio, lachrymarum fonte extinguatur.

At turbæ uiciorum uniuerſæ reſiſti poterit, ſi ſemper & aſſiduè homo cogitauerit, Deum operum ſuorum inſpectorem, angelum custodem, uirtutis nobilitatem: uoluptatē momentaneam, peccati ſpurcitiem, uitam labilem, mortem incertam, gaudiū ſeu cruciatum ſempiternum: puræ conſcientiæ pacē, hominis dignitatem, Dei beneficium, & ſuper omnia Chriſti uitam, mortem & crucem: quę enim & qualis uita, ſi uix homo ex ſepulchro progreſſus, rurſus ad ſepulchrum perget, & demum in perpetua gehennæ flamma ſepelitur? Deū igitur amemus, & præcépta eius ita obſeruemus, ut exanclata fragili & miſera uita, ad perpetuæ beatitudinis gloriam feliciter peruenire ualeamus, Amen.

BILI-

BILIBALDVS SORORI S.

NE soror optima chartæ iactura fieret, Sanctissimi patris Ioannis Damasceni, contra uicia armaturam pariter conuerti: hisq; beatissimi Nili sententijs coniunxi, ad laudem & honorem Dei optimi ac maximi, nec non gloriosissimæ matris eius uirginis intemeratæ, ac sanctorum omniũ, utilitatemq; legentium cunctorum, à quibus pio cordis affectu postulo, ut (si saltèm his tã salutiferis moueantur præceptis) mihi laboris mercedem, angelica salutatione & fausta precatione persoluere dignentur. Amen.

HERMANNVS BVSCHIVS PASIPHILUS, candido lectori.

SI uerum illud est, quod aiunt: Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu: non parũ rêferre profectò uidetur, è quorum libris puero Christiano, & Christianis institutis formando, primùm dictata in scholis proponantur. Próinde, ut maturiùs sacris assuescat puer, eaq; à téneris statim sonare, atque amare incipiat: sentẽtias aliquot ex Prouerbijs & Ecclesiastico, sub proprijs titulis raptim con gessi-

gessimus: quas inde illi uelut primũ quendã sa
porẽ offeremus Vesaliæ in nostro gymnasio.
Harũ itaq; hic libellus Nominarijs, hoc est, his
tyrunculis, qui ab elementarijs (infimis schola
sticorum) traducti, iam in cognoscenda nomi
nis, et aliarum casualium partium ratione occu
pãtur, legetur profestorum dierum prima ho-
ra pomeridiana, & repetetur ante cœnã, quar-
ta. In quo uelim neminem offendat, quòd quæ
dam in originibus ipsis coniuncta, nos separa-
tim hîc posuimus, quædam etiam abbreuiaui-
mus nonnunquã. Nam in eo seruitum est à no
bis puerorum imbecillitati: qui breuiora quæ
sunt, ea & arripiũt faciliùs, & retinent tenaciùs.
Hinc est, quòd & huic ætatulæ, cæteri ex poë-
tis (si qui hos magis probant) non integros lo
cos, neq; plenos uersus, sed ἡμιστίχια quoq; &
parua quædam κόμματα tantùm, committunt
frequentiùs, uelut sunt: Nusquàm tuta fides, &,
Superanda omnis fortuna ferendo est: quòd
utiq; intelligunt, ad huc infirmas illas in pueris
ingenij uires, longioribus περιόδοις pares esse
statim nõ posse. Sed hæc hactenus, nã in illum
alterũ nostrũ libellũ ex eisdẽ fauis, hoc est, sa
cris Solomõis eloquijs decerptũ ad usum uer
bariorũ, priuati pfabimur. Vesal. 4. Cal. Maij.

LIBELLVS CONTINENS BREVIORES SENTENTIAS

aliquot ex Prouerbijs & Ecclesiastico, ad studiosorum utilitatem collectas, feliciter incipit. Et primò

De timore domini ex Prouerbijs sacris.

Timor domini, principium sapientiæ. 1

Time deum & recede à malo. 2

Fili, honora dominum & ualebis; præter eum uerò ne timueris alienum. 7

Timor domini odit malum. 8

Principium sapientiæ timor domini. 9

In timore domini fiducia fortitudinis. 14

Timor domini, fons uitæ. Ibid.

Ex Ecclesiastico.

Timenti dominum benè erit, & in die defunctionis suæ benedicetur. 1

Plenitudo sapientiæ, timere Deum. Ibid.

Corona sapientiæ, timor domini, replens pacem & fructum salutis. Ibid.

Radix sapientiæ est, timere Deum, & rami illius longæui. Ibid.

Timor

Timor domini expellit peccatum. Ibid.
Qui ſine timore eſt, non poteſt iuſtificari. 1
Qui timent Deum, erunt in oculis illius. 10
Qui timet Deum, faciet bona. 15
Oculi domini, ad timentes eum. Ibid.
Melior eſt unus timens Deum, quàm mille filij impij. 16
Nihil meliùs, quàm timor Dei. 25
Corona ſenũ, multa peritia, & gloria illorum, timor Dei. Ibid.
Beatus homo cui donatum eſt habere timorem Dei. Ibid.
Timor Dei, initium dilectionis eius. Ibid.
Qui timẽt Deũ, accipient doctrinã eius, & qui uigilauerint ad illũ, inueniẽt benedictionẽ. 32
Timenti Deum, non occurrent mala. 32
Qui timet dominũ nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius. 34
Oculi domini ſuper timentes eum. Ibid.
Timentis dominum, beata anima eius. Ibid.
Facultates & uirtutes exaltant cor, & ſuper hęc timor domini. 40

De doctrina & ſapientia ex Prouerb. ſacris.

Sapientiam atq; doctrinam deſpiciunt ſtulti. 1

Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. 3

Lingua ſapientium, ſanitas. 12

Qui abijcit diſciplinã, deſpicit animã ſuam. 15

Non recipiet ſtultus uerba prudentiæ. 18

Auris ſapientium, quærit prudentiam. Ibid.

Vbi non eſt ſcientia, animæ non eſt bonum. 19

Vas precioſum, labia ſcientiæ. 20

Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem, ſapientes uerò auertunt furorem. 29

Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit: conſilium cuſtodiet te, et prudentia ſeruabit te, ut eruaris à uia mala, & ab homine qui peruerſa loquitur. 2

Ex Eccleſiaſtico.

Filij ſapientiæ, eccleſiæ iuſtorum. 3

Beatus uir qui in ſapientia morabitur. 14

Non eſt ſapientia, nequitiæ diſciplina. 19

Ornamentũ aureũ, prudenti ſapientia. 21 (37

Vir peritus erudit multos, & aĩæ ſuæ ſuauis eſt.

Eſt

Est sapiens, animæ suæ sapiens, & fructus sensus illius laudabilis. Ibid.

Vinum & musica lętificant cor, & super utraq; dilectio sapientiæ. 40

Non innitēdum propriæ prudentiæ, ex Prouerb. sacris.

Ne innitaris prudentiæ tuæ. 2

Ne sis sapiens apud temetipsum. Ibid.

Via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiēs est, audit consilia. 12

De peccatoribus, & lactatione eorum uitanda, ex Prouerb. sacris.

Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. 1

Non æmuletur cor tuum peccatores. 23

Ne ęmuleris uiros malos, nec desideres esse cū (eis. 24

Viri mali non cogitant iudiciū. 28

Ex Ecclesiastico.

Execratio peccatori, cultura Dei. 1

Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. 7

Non traharis multitudine peccantium Ibid.

Non zeles gloriam & opes peccatoris. 9

In iudicio peccantium ne consistas 11 (Ibid.

Error & tenebræ, peccatoribus cōcreata sunt.

Homo peccator ſanguini inſidiatur. Ibid.

Non eſt ſpecioſa laus, in ore peccatoris. 15

Quaſi à facie colubri, fuge peccata. 21

Conteretur cum delinquente peccatum. 27

Narratio peccantium odioſa, & riſus illorum in delictis peccati. Ibid.

Peccator tranſgrediens mandatum domini, incidet in promiſſionem nequam. 29

Contra malũ bonũ eſt, & contra uitam mors, ſic & contra uirum iuſtum peccator. 33

Mors ſanguinis, contentio, rhomphea, oppreſſiones, fames & contritio, & flagella : ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia. 40

Filij abominationum, ſunt filij peccatorum, & qui cõuerſantur ſecus domos peccatorũ. 41

Filiorum peccatorũ peribit hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrij. Ibid.

De iuſtis & iuſticia ex Prouerb. ſacris.

Nil proderunt theſauri impietatis, iuſticia uerò liberat à morte. 10

Vena uitæ os iuſti. Ibid.

Benedictione iuſtorum, exaltabitur ciuitas : & ore

ore impiorum ſubuertetur. 11
Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt, præſtolatio impiorum, furor. Ibid.
Iuſticia eleuat gentem, miſeros autem facit populos peccatum. 14
Iuſticia firmatur ſolium. 16
Iudicia quaſi uectes urbium. 19
Gaudium iuſto eſt facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem. 21
Rex iuſtus eriget terram, uir auarus deſtruit eam. 29
Nouit iuſtus cauſſam pauperum, impius ignorat ſcientiam. Ibid.

Ex Eccleſiaſtico.

Vſq; ad mortem, certa pro iuſticia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. 4
Iuſtifica puſillum, & magnum ſimiliter. 5
Viri iuſti ſint tibi conuiuæ, & in timore Dei, ſit tibi gloriatio tua. 9
Regnum à gente in gentem transferetur, propter iniuſticiam. 10 (27
Laqueo peribũt qui delectãtur caſu iuſtorum.

Fu-

Fugit impius nemine perſequente, iuſtus aūt quaſi leo confidens abſq; terrore erit. 28

Qui derelinquunt legem laudant impium, qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum. Ibi.

Et qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt uterq; apud Deum. 17

Regnantibus impijs, ruinæ hominum. 28

Quum impij ſumpſerint principatum, gemet populus. 29

Leo rugiens & urſus eſuriēs, princeps impius, ſuper populum pauperis. 28

Ex Eccleſiaſtico.

Benefac humili, & non dederis impio. 12

Non demoreris in errore impiorum. 17

Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos. 40

De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum ſunt in opprobrio. 41

Vituperatio ſtultorum & imprudentium, ex Prouerbijs ſacris.

Virga in dorſo eius, qui indiget corde. 10

Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus. Ibi.
Qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. 11
Deteſtantur ſtulti eos, qui fugiunt mala. 13
In ore ſtulti uirga ſuperbiæ. 14
Os fatuorum ebullit ſtulticiam. 15
Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam. 17
Stulti labia miſcent ſe rixis. 18
In auribus inſipientiũ ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquij tui. 23
Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem. 29
Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuã, ne efficiaris ei ſimilis. 26
Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. Ibidem
Graue ſaxum & oneroſa arena, ſed ira ſtulti utraq; grauior. 27
Expedit magis urſo occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtulticia ſua. 17

Ex Eccleſiaſtico.

Cum

Cum fatuis conſilium non habeas:non enim poterunt diligere,niſi quæ eis placent. 8

Sagitta infixa femori canis, ſic uerbũ in corde ſtulti. 19

Cor fatui quaſi uas confractum 21

Narratio futui quaſi ſarcina in uia. Ibid.

Fatuus in riſu exaltat uocem ſuam. Ibid.

In ore fatuorum, cor illorum. Ibid.

Cum dormiente loquitur,qui enarrat ſtulto ſapientiam. 22

Præcordia fatui, quaſi rota carri, & quaſi axis uerſatilis, cogitatus illius. 35

Melior eſt homo qui abſcõdit ſtulticiã ſuam, quã qui abſcondit ſapientiam ſuam. 41

De ſuperbis & ſorte eorum ex Prouerb.

Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia. 11

Domum ſuperborũ demolietur dominus. 15

Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpiritus. 16

Ex Eccleſiaſtico.

Synagogæ ſuperborum,non erit ſanitas. 3

Odi-

Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia. 10

Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Ibid.

Sicut eructant corda ferentium; ſic & corda ſuperborum. 11

Effuſio ſanguinis, in rixa ſuperborum. 27

De illuſore, Suſurrone, Detrectoreq́; ex Prouerbijs ſacris.

Abominatio domini eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eſt. 5

Qui illuſor eſt, non uult audire quum arguitur. 15

Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit. Et qui arguit impium, ſibi maculam generat: noli arguere deriſorem, ne oderit te: argue ſapientem, & diliget te. 9

Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium. 22

Abominatio hominum detractor. 24

Detractoribus non commiſcearis, quoniam repentè conſurget perditio eorum. Ibid.

Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis, linguam detrahentem. 25

Suſu

Susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. 36

Ex Ecclesiastico.

Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus. 2

Non appelleris susurro in uita tua. 5

Omnis peccator inuidus & bilinguis. 6

Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. 28

Flagelli plaga, liuorem facit, plaga autem linguæ, comminuet ossa. Ibid.

Sepi aureis tuas spinis, & linguam nequã noli audire. Ibid.

De mendace, ex Prouer. sacris.

Qui nititur mendacijs, pascit uentos. 10

Abominatio est domino, labia mendatia. 12

Suauis est homini panis mendacij, & posteà implebitur os eius calculo. 20

Qui congregat thesauros, lingua mendacij, uanus & excors est. 21

Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. 23

Ex Ecclesiastico.

Op-

Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorũ aſſiduè erit. 20

Potior fur, quàm aſſiduitas uiri mendacis. Ibi.

Mores hominum mendacium ſine honore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione. Ibid.

Ab immundo quid mundabitur? & à mẽdace quid uerum dicetur? 34

De ueritate, deq; ei non reſiſtendo, ex Prouerbijs ſacris.

Labium ueritatis, firmum erit in perpetuum. 12

Rex qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. 29

Ex *Eccleſiaſtico.*

Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo. 8

Ante omnia opera, uerbum uerax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile. 37

De teſte bono & malo ex Prouerbijs ſacris.

Qui

Qui teſtis eſt repentinus, linguam concinnat mendacij. 12

Liberat animas teſtis fidelis, & profert menda cia uerſipellis. 14

Teſtis iniquus, non erit impunitus. 19

Iaculum & gladius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium. 25

De continenda lingua, moderandoq́; ſermone, ex Prouerbijs ſacris.

In multiloquio, non deerit peccatum. 10

Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt Ibidem.

Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animã ſuam. 15

Sermo opportunus, eſt optimus. Ibid.

Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & pru dens eſt.

Stultus quoque, ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Ibid.

Mors & uita, in manibus linguæ. 18

Os lubricum, operatur ruinas. 36

Ex Eccleſiaſtico.

Noli

De eo qui offenditur increpatione, ex Prouerbijs ſacris.

Ege-

Egeſtas & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam, qui autem acquieſcit arguenti glorificabitur. Ibid.

Non amat peſtilens eum qui ſe corripit, nec ad ſapientes graditur. 15

Ex Eccleſiaſtico.

Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus eius ſuperueniet interitus, et eum ſanitas non ſequetur. 29

Melior eſt manifeſta correptio, quã amor abſconditus. 27

Meliora ſunt uulnera diligentis, quàm fraudulentia oſcula inimici. Ibid.

Qui corripit hominem, gratiam poſteà inueniet apud eum, magis quàm ille, qui linguæ blandimento decipit. 28 (31

Qui odit correptionẽ, ueſtigiũ eſt peccatoris.

Peccator homo, uitabit correptionem. 32

Contumelioſus inſipiens, ex Prouerbijs ſacris.

Qui profert contumeliam, inſipiens eſt.

De pupillis, pauperibus & uiduis non lædendis, ex Prouerb. ſacris.

Qui miſeretur pauperis, beatus erit. 14

Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius 17

Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis. 19

Nõ facias uiolentiã pauperi, quia pauper ẽ. 22

Qui dat pauperi, non indigebit. 28

Qui deſpicit deprecãtem, ſuſtinebit penuriam. Ibidem.

Ex *Eccleſiaſtico*.

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſina reſiſtit peccatis. 3

Eſurientem animam ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. 4

Cor inopis ne afflixeris, nec differas datũ anguſtia laboranti. Ibid.

Non auertas faciem tuam ab egeno. Ibid.

Ab inope ne auertas oculos tuos, propter irã. Ibidem

Congregationi pauperum affabilem te facito. Ibidem.

In iudicando, eſto pupillis miſericors ut pater. 4

Pau

Pauperi porrige manum,ut perficiatur propiciatio & benedictio tua. 7

Facile est in oculis Dei, honestare pauperem. 11

Eleemosina uiri quasi sacculus cum illo. 17

Panis egentium,uita pauperis est, qui defraudat illum,homo sanguinis est. 34

Lachrymę uiduę & pupilli,à maxilla eorum usq; ad cœlum ascendunt; & dominus exauditor non delectabitur in illis. Ibid.

Superbis opibus non fidendum, ex Prouerbijs sacris.

Non proderunt diuitiæ in die ultionis. 11

Qui confidit in diuitijs suis,corruet. Ibid.

Ex Ecclesiastico.

Domus quæ nimis locuples est, destruetur superbia. 21

De auaris, ex Prouerb. sacris.

Qui odit auaritiam,longi fiunt dies eius. 28

Qui festinat ditari non erit innocens. Ibid.

Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam, qui autem odit munera,uiuit. 15

Auaro nil scelestius. 15

Nil est iniquius, quàm amare pecuniam. Ibi.

Qui quærit locupletari, auertit oculum. 27

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. 4

Qui diligit aurum non iustificatur. 31

Multi dati sunt in auri casus, & facta est in spe cie ipsius perditio illorum. Ibid.

Lignum offensionis est aurum, uæ illis qui sectantur illud. Ibid.

De abscondentibus frumentum tempore famis, ut cariùs uendant. Ex *prouerbijs sacris.*

Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput uẽden tium. 11

De *Pigris & Gulosis, ex* Prouerb. *sacris.*

Animæ effœminatorum esurient. 18

Noli diligere somnum, ne egestas opprimat te. 20

Qui diligit epulas, in egestate erit. 12

Qui amat uinũ & pinguia, non ditabitur. Ibi.

Dicet

Dicet piger, leo eſt in uia & leæna in itineribus. 26

Sicut oſtium uertitur in cardine ſuo: ita & piger in lectulo ſuo. Ibidem

Qui ſectatur ocium, replebitur egeſtate. 28

Ex Eccleſiaſtico.

Operarius ebrioſus, non locupletabitur. 19

Qui ſequitur conſumptionem, replebitur ex ea. 31

Habendam curam nominis boni, plus quàm theſauri, ex Prouer. ſacris.

Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. 1

Ex Eccleſiaſtico.

Curam habe de nomine bono, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri precioſi & magni. 41

Quod quiſq; facit, patietur, ex Prouerb. ſacris.

Qui inebriat ipſe quoq; inebriatur. 11

Simplicitas iuſtorum dirigit eos, & ſupplantatio peruerſorum uaſtabit illos. 11

Iuſticia rectorum liberabit eos, & in inſidijs

ſuis capientur iniqui. Ibid.

Qui fodit foueam, incidet in eam. 26

Ex Eccleſiaſtico.

Plaga doloſa, doloſi diuidet uulnera. 27

Qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendit in eo. Ibid.

Qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Ibid.

Nequiſſimum facienti conſilium, ſuper ipſum deuoluetur. Ibid.

Fugitandam litem, ex Prouerb. ſacris.

Honor eſt homini, quũ ſeparat ſe à contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs. 20

Ex Eccleſiaſtico.

Abſtine te à lite, & minues peccata. 28

De diſciplina liberorum, ex Prouerb. ſacris.

Qui parcit uirgæ, odit filium. 13

Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi enim percuſſeris eũ uirga, non morietur. Tu percuties eum uirga & animam eius de inferno liberabis. 23

Stulticia colligata eſt in corde pueri, & uirga diſci-

diſciplinæ fugabit eam. 22

Virga atq; correctio, tribuit ſapientiam, puer autem qui dimittitur uoluntati ſuæ, confundit matrem ſuam. 29

Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ. Ibid.

Ex Eccleſiaſtico.

Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella. 30

Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus, euadet præceps. Ibid.

Lacta filium tuum, & pauentem faciet te, lude cum eo, & cruciabit te. Ibid.

De honorandis parentibus, ex Prouerbijs ſacris.

Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominioſus erit & infœlix. 19

Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. 20

Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, uel à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt. 18

Ex Ecclesiastico.

Qui diligit dominum, honorat parentes. 3

Qui honorat patrem suum, lætificabitur in filijs. Ibid.

Sicut qui thesaurisat, ita & qui honorificat matrem. Ibid.

Maledictio matris, eradicat fundamenta. Ibi

Benedictio patris, firmat domos filiorum. Ibidem.

Ne glorieris in contumelia patris tui. Ibid.

Dedecus filij, pater sine honore. Ibid.

Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. 7

De muliere nequam uitanda, ex Prouerbijs sacris.

Fauus stillās, labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara quasi absynthiū, & lingua eius acuta quasi gladius biceps. 5

Fouea profunda est meretrix. 23

Qui nutrit scortum, perdit substantiam. 29

Ex Ecclesiastico.

Non

Non debes mulieri poteſtatem animæ tuæ. 9

Auerte faciem tuam à muliere compta. Ibid.

Propter ſpeciem mulieris multi perierunt: ex hoc enim concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Ibid.

Omnis malitia, nequitia mulieris. 25

Non eſt ira ſuper iram mulieris. Ibid.

Satiùs eſt commorari leoni & draconi, quàm habitare cum muliere nequam. Ibid.

Breuis omnis malitia, ſuper malitiam mulieris. Ibidem

Plaga mortis mulier nequam. Ibid.

A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Ibid.

Dolor cordis & luctus in muliere zelotypa. 26

Mulieris ebrioſæ contumelia & turpitudo nõ tegetur. Ibid.

Fornicatio mulieris, in extollentia oculorum, & in palbebris illius agnoſcetur. Ibidem.

In medio mulierum noli commorari: de uesti mentis enim procedit tinea, & à muliere ini quitas uiri. 42

De adultero, ex Prouerbijs sacris.

Qui adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam, turpitudinem & ignominiam congregabit sibi, & opprobrium illius non delebitur. 6

De bona muliere, ex Prouerb.

Mulier gratiosa, inueniet gloriam. 11

Mulier diligens, corona est uiro suo. 12

Qui inuenit mulierem bonã, inuenit bonum: & hauriet iucunditatem à domino. 18

Domus & diuitiæ, dantur à parentibus, à domino autem propriè uxor prudens. 15

Ex Ecclesiastico.

Mulier sensata & tacita, non est immutatio animæ eruditæ. 29

Gratia super gratiam, mulier sancta & pudica. Ibidem.

Mulieris bonæ beatus uir, numerus annorum illorum duplex. Ibid.

Pars

Pars bona, mulier bona, in parte bona, timentium Deum, dabitur uiro, pro factis bonis. Ibidem.

Sicut ſol oriens mundo, in altiſſimis Dei: ſic mulieres bonæ ſpecies, in ornamentum domus eius. Ibid.

De cuſtodia filiarum, ex Eccleſiaſtico.

Super filiam luxurioſam, firma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium uenire inimicis. 42

In filia non aduertente ſe, firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione abutatur ſe. 26

De amico uero & ſimulato, ex Eccleſiaſtico.

Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende. 6

Omnis amicus dicet, & ego amicitiam copulaui, ſed eſt amicus ſolo nomine amicus. 37

Beatus qui inueniet amicum uerum. 25

Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo, &

non

nõ immemor ſis illius in operibus tuis. 37

Fidelis amicus, protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum. 6

Amico fideli nulla eſt comparatio. Ibid.

Non deſerendum, non decipiendum amicum, nec uulganda illius ſecreta, ex Prouerbijs ſacris.

Amicum tuum, & amicum patris tui, ne dimiſeris. 27

Qui decipit amicum ſuum, indigens eſt corde. 11

Ex Eccleſiaſtico.

Ne derelinquas amicum antiquũ, nouus enim non erit ſimilis illi; uinum nouum, amicus nouus. 9

Qui conuitiatur amico, diſſoluit amicitiam. 22

Qui denudat arcana amici, fidem perdit. 27

Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis Ibi.

De uino & ebrietate ex Prouerb. ſacris.

Luxurioſa res uinum, & tumultuoſa ebrietas, quicunq; his delectatur, non erit ſapiens. 20

Vacantes

Vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur. 25

Nullum ſecretum ubi regnat ebrietas. 31

Noli regibus dare uinum, ne fortè bibant & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis. Ibi.

Ex Eccleſiaſtico.

Vinum multum potatũ, irritationem & iram & ruinas multas facit. 31

Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio, minuens uirtutem & faciens uulnera, Ibidem.

Vinum & mulieres, apoſtatare faciunt ſapientes. 19

Non comprimaris in conuiuio uino. 31

Diligentes in uino, noli prouocare: multos exterminauit uinum. Ibi.

De moderando potu, ex Eccleſiaſtico.

Vinum ad iucunditatem creatum eſt, & non ad ebrictatem, ab initio. 21

Sufficiens eſt homini eruditio, uinum exiguum

guum. Ibid.

Exultatio animæ & corporis, uinum moderatè potatum. Ibid.

Sanitas est animæ & corporis, sobrius potus. Ibidem.

De moderando cibo, ex Ecclesiastico.

Vigilia & cholera, tortura, uiro infrunito, somnus sanitatis, in homine parco. Dormiet usque mane, & anima illius cum ipso delectabitur. 31

Noli auidus esse in omni exultatione, & non te effundas super omnem escam. 37

Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est, adijciet uitę. Ibid.

De medico, ex Ecclesiastico.

Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit altissimus. 38

Altissimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit illam. Ibid.

Naturam minimis esse contentam ex Ecclesiastico.

Initium

Initium uitæ hominis, aqua, panis & ueſtimentum. 29

Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies, uita nequam, hoſpitandi de domo in domum. Ibidem.

De ignominia principis, ex Prouerbijs ſacris.

In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia. 14

Dux indigens prudentia, multos opprimit per calumniam. 28

Ex Eccleſiaſtico.

Rex inſipiens, perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudẽtium. 10

Qualis princeps, tales cæteri, etiã miniſtri eius, ex Prouerbijs ſacris.

Secundum iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea. 10

Princeps qui libenter audit uerba mendacij,

De iniquo non offerendum ſacrificium,
ex Prouerbijs ſacris.

Hoſtię impiorum abominabiles, quæ offerun tur ex ſcelere. 21

Ex Eccleſiaſtico.

Immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata. 34

Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui uictimat filium in conſpectu patris. Ibid.

Noli offerre munera praua, dominus enim non ſuſcipiet illa. 35

Non fraudandum mercenarium,
ex Eccleſiaſtico.

Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. 34

Præda diuitum pauperes, ex
Eccleſiaſtico.

Venatio leonis, onager in eremo, ſic & paſcua diuitum, ſunt pauperes. 13

Fugienda commertia potentiorum, ex Eccleſiaſtico.

Noli fœnerari homini fortiori te. 6

Longè abeſto ab homine, poteſtatem habente occidendi. 9

Ditiori te, ne ſocius fueris. 13

Cum potentibus, uerboſis, contumelioſisq́; non rixandum, ex Eccleſiaſt.

Noli reſiſtere contra faciem potentis, & ne cōneris contra ictum fulminis. 4

Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. 8

Non litiges cum homine linguato. Ibid.

Ne contra faciem ſtes contumelioſi. Ibid.

Contagia impiorum uitanda, ex Prouerbijs ſacris.

Qui cum ſapiētibus graditur erit ſapiens, amicus ſtultorum illis ſimilis efficietur. 13

Noli eſſe amicus homini iracundo, neq; ambules cum uiro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. 22

Non contendas cum peſſimis, nec æmuleris

impios, quoniam non habent futurorum spem mali. 24

Ex Ecclesiastico.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. 13

Qualis quisq; talia curat, ex Prouerbijs sacris.

Semper iurgia quærit malus. 17

Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. Ibid.

Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam. 27

Ex Ecclesiastico.

Oculus malus ad mala. 14

Non lætandum in ruina alterius, ne inimici quidem, ex Prouerb. sacris.

Quum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultetur cor tuum, ne fortè uideat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. 24

Inimico benefaciendum, ex Prouerb.

Si

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitiet, da ei aquā bibere: prunas enim cōgregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. 25

Vindictam non expetendam, ex Ecclesiastico.

Qui uindicare uult, à domino inueniet uindictam, & peccata illius seruans seruabit. 28

Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. In hominem similem sibi, non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationē petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Ibid.

De breuitate & fragilitate uitæ, ex Ecclesiastico.

Memor esto quoniam mors non tardat. 14

Omnis caro sicut fœnum ueterascet, & sicut folium fructificans in arbore uiridi. Alia generantur, & alia dejciūtur, sic generatio carnis et sanguinis, alia finitur, alia nascitur. Ibi.

Omne opus corruptibile, in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo. Ibid.

Omnes homines terra & cinis. 17

Numerus dierum hominum, ut multum, centum anni, quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt, & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die æui. 18

Memento, quoniam omnes in corruptione ſumus. 8

Omnia quę de terra orta ſunt, in terram reuertentur. 40

Cogitanda ſemper nouiſsima, ex Eccleſiaſtico.

In omnibus tuis operibus, memorare nouiſſima tua & in æternum non peccabis. 7

Memento nouiſſimorum, & obliuiſcere inimicitiarum. 28

De morte non timenda, ex Eccleſiaſt.

Noli metuere iudicium mortis, memento quę ante te fuerunt, & quæ ſuperuentura ſunt tibi, hoc iudicium à domino omni carni. 41

Non temerè iurandum, ex Eccleſiaſt.

Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa. 23

Vir multũ iurans, replebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Ibid.

Loquela multum iurans, horripilationem statuet capiti, & irreuerentia ipsius, obturatio aurium. 27

Parandum in adolescentia uiaticum ad senectutem, ex Ecclesiastico.

Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? 25

Nihil temerè conandum, ex Prouerbijs sacris.

Salus, ubi multa consilia.

Dissipantur cogitationes, ubi non est consilium, ubi uerò sunt plures consiliarij, confirmantur. 15

Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. 15

Ex Ecclesiastico.

Sine consilio nihil agas, & post factum non pœnitebis. 32

Consulendum ad pacem, ex Prouerbijs sacris.

Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. 12

Qui timet præceptum, in pace uersabitur. 13

Magnates & presbyteros prudenteis honorandos, ex Ecclesiastico.

Presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. 4

In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere. 6

Ne despicias narrationē presbyterorū sapientium, & in prouerbijs eorum conuersare. 8

Non iudicandum secundùm faciem, sed magis secundùm mentem, ex Eccles.

Non laudes uirum in specie sua, neq; spernas hominem in uisu suo.

Priusquā interroges, ne uituperes quenq̄. Ibi.

Ante sermonem, non laudes uirum. 27

Non citò credendum, ex Ecclesiast.

Qui citò credit, leuis est corde. 29

De *Hypocrisi, ex* Ecclesiast.

Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. 1

Est

Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. 19

Non tutum ante mortem laudare, ex Eccle.

Ante mortem ne laudes hominem quenq̃. 11

In fine hominis, denudatio operum illius. Ibi.

Non quemlibet adducendum in domum,
Ex *Ecclesiastico.*

Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi. 11

Laus propria indecora, ex Prouerb. *sacris.*

Laudet te alienus, & non os tuum. 27

Cedendum primis iracundiæ motibus,
ex Prouerbijs *sacris.*

Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. 27

Iracundus ne sis, ex Prouerb. *sacris.*

Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. 29

Fatuus autem indicat iram suam, qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. 12

De *misericorde, ex* Prouerb. *sacris.*

Benefacit animæ suæ uir misericors. 11

Misericordia & ueritas præparant bona. 14

Misericordia & ueritas, custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. 20

Qui sequitur iusticiam & misericordiam, inueniet uitam, iusticiam & gloriam. 21

Facere misericordiam & iudicium, magis placet domino quàm uictimæ. Ibid.

Misericordia & ueritate redimitur iniquitas. 16.

Ex Ecclesiastico.

Qui facit misericordiam, offert sacrificium. 35

De fructu bonæ conscientiæ, ex Prouerbijs sacris.

Animus gaudens, ætatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa. 17

Sicut tinea uestimento, & uermis ligno, ita tristicia uiri nocet cordi. 25

Secura mens quasi iuge conuiuium. 15

Ex Ecclesiastico.

Iucunditas cordis, hæc est uita hominis. 30

Melior est mors, quàm uita amara. Ibid.

Multos occidit tristicia, & non est utilitas in

illa

illa, Ibid.

De bona ualetudine, ex Ecclesiastico.

Non est census super censum salutis corporis. 30

Venienti morbo resistendum, ex Ecclesiast.

Ante languorem, adhibe medicinam. 18

Nisi consultus iusticiæ, caue iudices, ex Ecclesiastico.

Ante iudicium para iusticiã tibi, & antequàm loquaris, disce. 18

In prosperis cogitandum de aduersis, ex Ecclesiastico.

In die bonorum ne immemor sis malorum. 11

Memento paupertatis in tempore abundantiæ. 18

Omnis fortuna à Deo, ex Ecclesiast.

Bona & mala, uita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt. 11

In uestitu & honore non gloriandum, ex Ecclesiastico.

In uestitu ne glorieris unquàm, nec in die honoris tui extollaris. 11

Quæ supra te, nihil ad te, ex Eccle.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. 3

Non posse seruiri Deo & mammonæ, ex Ecclesiastico.

Cor ingrediens duas uias, non habebit successus. 3

Non te delectet uita inconstans, ex Ecclesi.

Non uentiles te in omnem uentum, & nō eas in omnem uiam. 5

Sapiens permanet sicut sol, stultus sicut luna mutatur. 27

Non iteranda post pœnitentiam peccata, ex Prouerbijs sacris.

Sicut canis qui reuertitur ad uomitū suum, sic imprudens qui iterat stulticiam suam. 26

Ex Ecclesiastico.

Qui baptizatur à mortuo, & iterū tangit eum, quid profecit lauatio ipsius? 34

Vę his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt uias rectas, & diuerterunt in uias prauas. 2

De mu-

De mutuo, ex Prouerb. ſacris.

¶ Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. 22

De fideiuſſore, ex Eccleſiaſt.

Gratiã fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. 29

De ſeruo ſapiente & fideli, ex Prouerb.

Sapiens ſeruus dominabitur ſtultis filijs, & inter fratres hæreditatem diuidet. 17

Ex Eccleſiaſtico.

Seruo ſenſato, liberi ſeruient. 10

Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, quaſi fratrem ſic eum tracta. 33

Non loquendum temerè, ex Prouerbijs.

Vidiſti hominem uelocē ad loquendũ, ſtultitia magis ſperanda eſt illius, q̃ correctio. 29

Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt & reſeruat in poſterum. Ibid.

Sicut urbs potens abſq; ambitu murorum, ita uir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. 25

Qui priùs reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. 18

Ex

Ex Ecclesiastico.

Vbi auditus non est, nō effundas sermonē. 32

Adolescens loquere in tua causa, uix quum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput tuum responsum. In multis esto quasi inscius, & audi, tacens simul & quaerens. Ibid.

Quae uis sit fraternae concordiae, ex Prouer. sacris.

Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. 18

De uicino propè, & fratre procul habitante, ex Prouerbijs sacris.

Melior est uicinus iuxtà, quā frater procul. 27

De duplici confusione, ex Ecclesiast.

Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. 4

De patientia, ex Prouerb. sacris.

Qui patiens est, multa gubernatur sapientia, qui autem impatiens est, exaltat stulticiam suam. 14

Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur

tur animo ſuo, expugnatore urbium. 16

Doctrina uiri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt, iniqua prætergredi. 19

Bonos contemni à non bonis, ex Prouerb. ſacris.

Abominantur iuſti uirum impium, & abominantur impij eos, qui in recta ſunt uia. 29

Ambulans recto itinere, & timens Deũ, deſpicitur ab eo qui infami graditur uia. 14

De maledictione laudantium impios, & benedictione arguentium eos, ex Prouerb. ſacris.

Qui dicunt impio, iuſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus: qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper eos ueniet benedictio. 24

Confidendum in domino, & ſeruanda mandata illius, ex Prouerb. ſacris.

Turris fortiſſima nomen domini, ad ipſam curret iuſtus, & exaltabitur. 18

Qui timet hominem, citò corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabitur. 29

Ex

Ex Eccleſiaſtico.

Nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt. 2

Vę diſſolutis corde, qui non credunt Deo. Ibidem.

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto. 46

Semē hoc exhonorabitur, quod præterit mandata domini. 10

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis. 5

Qui credit Deo, attendit mandatis, & qui confidit in illo, non minuetur. 32

Non differendam pœnitentiam, ex Eccleſi.

Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. 5

De confitendis peccatis, ex Prouerb.

Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & dereliquerit ea, miſericordiam conſequetur. 28

Impius contemnit pœnitere, ex Prouerb.

Impius cùm in profundū uenerit peccatorum contemnit, ſed ſequitur eum ignominia &

oppro-

opprobrium. 18

Nihil esse Deo absconditum, ex Ecclesiast.

Oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem circunspicientem omnes uias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda, intuentes in absconditas partes. 25

Opera omnis carnis, coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius. 28

Omnia esse inualida contra Deum, ex Prouerbijs sacris.

Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Deum. 21

FINIS.